

Regesten aus der Geschichte des Cistercienser-Stiftes Sittich in Krain.

Von Sebastian Brunner.

Der Herausgeber fand die noch nicht edirten nachfolgenden Regesten während eines längeren Aufenthaltes zu Agram unter den Handschriften der erzbischöflichen und Capitel-Bibliothek — mit der Bibliothek-Signatur 56/1 — und copirte sogleich ad verbum das ganze Manuscript und zwar so, dass er Orts- und Personen-Namen buchstäblich mit allen Varianten beibehielt, welche sich in der Handschrift vorfinden, auch die Abkürzungen nicht ausfüllte und das mitunter schadhafte Latein nicht corrigirte. An Handschriften soll man eben nichts ändern; der alte Autor muss in seiner ganzen Art und Weise hervortreten. In einer Krainer hist. Zeitschrift sind wohl einige wenige, aber weitaus nicht so ausführliche Regesten über Sittich erschienen¹⁾ und es verdienen die vorliegenden nicht nur im Interesse der Ordensgeschichte sondern auch im Interesse der Geschichte Krains veröffentlicht zu werden. Sie führen den Titel: „Notata“ und enthalten eine kleine Einleitung über die Gründung von Sittich, dann die Reihenfolge von 43 Aebten vom Jahre 1136 bis 1680, welches das Jahr der Abfassung der Handschrift ist, ferner die durch Kauf und Tausch erworbenen Güter und Grundstücke von Sittich, endlich: Romanorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum aliorumque Nobilium Bullae, Privilegia, Gratiae, Immunitates, Libertates, Exemptiones Monast. Sitt. concessae. Da nun diese Handschrift 350 historische — mit Jahreszahlen belegte — Thatsachen enthält, verdient sie jedenfalls dem eventuellen Untergang, dem mehr oder weniger alle inedirten Handschriften ausgesetzt sind, entrissen zu werden. Sittich wurde unter Josef II. am 27. October 1784 aufgehoben; nach den Aufzeichnungen im Archive des k. k. Finanzministeriums, welche der Herausgeber dieses selber eingesehen hat, wurden die Güter von Sittich im Jahre 1784 von der Aufhebungs-Commission auf 304.650 fl. geschätzt. —

Notata de monasterio Sitticensi.

Cuius familiae vel cognominis fuerint illi tres fratres, Henricus, Detericus et Megenhalmus, a quibus Peregrinus Patriarcha Aquileiense praedium quoddam in loco, qui vulgo Sittich appellatus est, pro aliis

¹⁾ Man vergleiche über Sittich das Werk von Dr. L. Janaushek: *Originum Cisterciensium* tom. I. pg. 42. Nr. CIII, wo auch die einschlägige Literatur angegeben ist. — R.

bonis commutavit pro fundatione Monasterii, ex litteris fundatitiis non potest sciri, in quibus Patriarcha asserit, se eum locum commisisse Monachis de Runensi Congregatione secundum Regulam S. Benedicti ibique Abbatiam fundasse, et in fine litterarum huiusmodi adducit in testimonium Megeardum, Advocatum Aquileiensem, Wodalricum de Athemis, Wodascalum de Tercent, Adalpertum de Meinsan, Piligrinum, fratrem Engelscalum de Grauendorf, Wolfrigel de Cusa, Wolfrigel de Azan, Ekeberthum Artrocht, Hermanum Marquardum. Porro fundationis literae datae sunt Aquileiae A. 1136. Indictione 15 ¹⁾. Imperante Dno. Lothario, Romanorum imperatore. Subscripti sunt Ditmarus, Ter, gestinus Epps., Udalricus, Aquileiensis Eccle. Archidiaconus, Udalricus, Rascensis Abbas, et demum ipse Peregrinus, S. Aquil. Eccles. dictus Patriarcha.

Abbatess Sitticensis fuerunt hactenus 43. Eratque primus Sitticensium Abbas:

1. Vincentius ²⁾ constitutus a. 1136 ab exordio Ordinis et Mnrri Cisterciensis An. 39. Hic Vincentius rexit monasterium annos 15, obiit 1150. 23. Decembris.
2. Folcandus seu Alprandus, utroque nomine vocatus, electus an. 1150., obiit 1180. 8. Decembris.
3. Pero sive Bero aut Pernoldus, electus anno 1181, obiit 1226. 21. Febr.
4. Conradus vixit circa annum 1230.
5. Ioannes circa annum 1254., ex familia DD. Gall.
6. Theodoricus circa annum 1261.
7. Conradus circa annum 1275.
8. Henricus praefuit a. 1280., obiit a. 1290. 6. Decembris Bonus oeconomus plurima emit.
9. Rudolphus praefuit circa annum 1308, obiit 1315. 22. Decembris.
10. Fridericus eligitur 1316.
11. Nicolaus praefuit circa annum 1323.
12. Eberhardus praefuit circa an. 1326.
13. Stephanus praefuit a. 1332.
14. Otto praefuit circa a. 1334., obiit 1337.
15. Christianus eligitur a. 1338., obiit a. 1346.
16. Nicolaus eligitur anno 1346, obiit anno 1350.
17. Petrus eligitur 1351., obiit 1360.
18. Arnoldus, electus 1361., obiit 1370. 11. Augusti.
19. Iacobus eligitur a. 1371., obiit circa a. 1382.
20. Andreas eligitur 1383., erat ex familia DD. de Reuttenberg.
21. Albertus Pinteker praefuit circa a. 1388., obiit a. 1403. 8. Maii. — Hic anno 1388 fuit executor bullae Urbani Papae VI. pro monasterio Oberburgensi.
22. Petrus; quo tempore susceperit abbatiale munus, ignoratur; obiit 9. Novemb. 1428.
23. Emericus praefuit circa 1433.
24. Mathaenus praefuit circa 1442., obiit 1449. 10. Septembris.
25. Gerhardus, electus a. 1450., obiit an. 1451.
26. Udalricus praefuit circa a. 1470 obiit 1481. Sub hoc abbate a. 1475, monasterium fuit a Turcis in cineres redactum, cum in vicinitate multas animas Turcae captivas duxissent, imo et fratres.
27. Oswaldus reparatis aedificiis praefuit circa A. 1483., obiit A. 1496.
28. Martinus eligitur eodem anno 1496., moritur 1503.
29. Ioanes Cslanitsch eligitur a. 1504. Monasterium muro cinxit, fortalitium aedificavit. Sub hoc abbate a. 1529 cum Soljmanus soluta Viennensi obsidione copias suas reduceret, secunda vice monasterium depraedatur et incenditur; hic abbas plurima est passus, uti pestilentiam, rebellionem rusticorum, terraemotus

¹⁾ Die Indictio XV passt nicht auf das J. 1133. — R.

²⁾ Monachus Morimundensis — Ian.

- etiam multa aedificia illi destruxit; moritur a. 1534.
30. Thomas eligitur A. 1534., obiit 1537.
 31. Urbanus, electus A. 1537., obiit 1539.
 32. Ioannes Zerrer, electus A. 1539., obiit 1549.
 33. Clemens eligitur A. 1549., obiit 1550.
 34. Wolfgangus Neffius, prius Fontis B. V. prope Landstrass, deinde Sitticensium Abbas factus a. 1550, moritur 1566.
 35. Ioannes Zeisl, electus a. 1566., moritur a. 1576. 22. Decembris.
 36. Iacobus Klawerle, electus a. 1576., moritur a. 1580., necdum infulatus.
 37. Laurentius praeficitur a. 1581 pater. Religionis cum D. D. Thoma Khrön, Eppo. Labacensi, reformator, moritur 1601. Vacavit sedes 2 annis, administratur abbatia a D. Georgio Freiseissen, abbate Runensi, tanquam patre immediato.
 38. Iacobus Rainprcht, prior Fontis B. M. prope Landstrass, deinde anno 1604. Sitticensis abbas factus, abbatiam et templum, uti nunc cernitur, aedificavit ¹⁾; moritur a. 1626 Ian. 13.
 39. Mathaeus Maierberg, prius Fontis Mariae prope Landstrass, deinde an. 1626. 21. Martii factus Sitticensis abbas, tandem ad Runensem abbatiam postulatus anno 1628., ibidem moritur 1629.
 40. Ioannes Anshlauer, a. 1629. factus abbas, moritur a. 1638. 13. Martii.
 41. Rupertus Ekhardt, dimissa abbatia Fontis Mariae prope Landstrass, assumit abbatiam Sitticensem a. 1638. April 13., moritur 1644; fuit insignis concionator.
 42. Ioannes Weinferle eligitur a. 1644. April 24., moritur a. 1660. 2. Dec.
 43. Maximilianus eligitur 1661. Ian. 2.; bonus oeconomus ob. 1680.
 44. Ludovicus Raumschüssel ex nobili Carnioli Familia.

Talis et tantus affectus erat Christi fidelibus primis trecentis annis erga hoc monasterium, ut in Carniola vix eius temporis familia aliqua illustris inveni retur, quae piis largitionibus, eleemosynis et dotationibus non concurrisset monasterio; imo extranei quoque principes, uti Patriarchae Aquileienses, Duces Austriae, Duces Carinthiae, Comites Goritiae, marchiones Histriae plurimum contulerunt; privilegiis, postmodum libertatibus, immunitatibus, exemptionibus aliisque eminentiis et praerogativis a Romanis Pontificibus, Patriarchis Aquil., Ducibus et principibus condecoratum et taliter illustratum est, ut anno 1446. in quodam Confirmationis privilegio a Generali Synodo Basileensi emanato laudetur monasterium Sitticense, quod magno prae ceteris monasteriis illarum partium decore praefulgeat, et alias plurimum insigne et notabile existat.

In hoc monasterio multae principales et magnae nobilitatis personae sepultae sunt, uti Sophia, Marchionissa Histriae, cum patre, marito Henrico, matre ceterisque parentibus. Viridis, Leopoldi 3. Archiducis Austriae uxor, Ducissa Mediolanensis, Agnes, Ducissa Carinthiae, uxor Ducis Udalrici, Ducis Carinthiae, aliqui ex familia illorum de Auersperg et aliorum plurimorum corpora hic sepulta iacent, quorum sepulcrales lapides non extant, eruti enim sunt propter obstaculum, cum monasterium muro cingeretur, et quidem cum Caesarea licentia Maximiliani primi, uti extat Privilegium ab eodem emanatum a. 1497. et directum ad D. Wilhelmum de Auersperg, p. t. Carniolae Capitaneum,

¹⁾ Das Manuscript ist v. J. 1680.

quia alias Sitticenses non audebant praesumere privata autoritate, huiusmodi lapides eruere.

Ut autem in specie monasterii benefactores, quidque et quo anno aliquid fundaverint vel donaverint vel quos singulos favores exhibuerint, sequentia subsidia duxi.

Peregrinus, Aquil. Patriarcha, fundator monasterii, uti premissum in ipsis foundationis literis, donat mnrrio 5 mansos sitos iuxta moram fluvium decimasque de monrii possessionibus praesentibus et futuris sibi competentes remittit et condonat in perpetuum.

A. 1140. Idem Patriarcha Peregrinus donat monrio villam Lite. Item prope S. Vitum gross u. khlain Dobrau et duas villas Kalle, item in eadem parochia Sti. Viti tredecim mansos.

A. 1178. Udalricus Patriarcha confirmat donationes factas a patre suo, fratre et sorore praedii Lesson: villam Khatzendorf ab Alberto et fratre eius Ulrico de S. Laurentio, villae Gorfach et trium mansorum apud Luttich ab Henrico de fore, trium villarum Arch, Rosbach et Hage a Luthgarde Comitissa de Pogen. Villae Cotheuge ab Engeberto de Ursperch.

A. 1250. Bertholdus, Patriarcha Aquil., in suam protectionem suscipit omnia bona mnrri et enarrat, a quibus aliquid donatum, uti sequitur. Sex mansi donati in heilligen Perg a Bertoldo seniore et fratre eius de Gurkhenfeldt. Apud Hagenpuech 7 mansi ab Udalrico de Michou. Apud Warte mansi 6 a D. Henrico de Scharpfenberch. Apud Gross Lupp una mansa a Rudolpho de Plintenberch. Apud Temenitz 2 mansi a Meinrado de Nidek. Apud Arch a Hermano duce Carinthiae 5 mansi. Apud Langenaker 2 mansi a Dobrosov, dicto de Edlinge. Una mansa a Domino Amalrico de Osterwitz. Apud Veldes 2 mansi ab Udalrico Nothnagel. Apud Zenosefach 1 mansa a D. Stephano de Duino. Praedium quod dicitur Ahorn ab Artvico de Razwon. Praedium Oblach a D. Gualtero de Mallentin. Apud Müllndorf 7 mansi a Meinrado Castellano de Michowitz. Apud Eigenhaimb 4 mansi a Dieterico Gallo. Apud Ellentingen 3 mansi et unum molendinum a Rutgero Ellent. Apud Durre mansi 6 ab Henrico de Scharpfenberch. Apud Widem 4 mansi a Gerburge de Stettenberch. Duo mansi ab istis de Nidekh. Apud Subrats 2 mansi ab Ulrico de Ristenstain. Apud Dulach mansi 5 ab Hermano de Nidekh. Apud Hophenbach 2 mansi ab Ottone Crenzel. Apud Glogowits 1½ mansi a Cunrado de Ristenstain, apud Seplach duo mansi a Meinrado et Ostnia de Schonenberch. Apud Grosslupp 5 mansi a Winklero et Gotfrido de Prisckh cum duobus molendinis. Apud Puech mansi 8 a Sophia, Mārchionissa Histriae. Apud Gradenits mansi 6 a Lutgarde de

Gradenits, apud Gulden Werde 3 mansi a Cunrado Gallo. — Gregorius Patriarcha Aquileiensis, donat monrio ¹⁾ cum omnibus iuribus et villis Streinach, Kaltenfeldt, Stermitsch et oblakh ²⁾ a iurisdictione cuiuslibet officialis in causa sanguinis, furti et evidentis violentiae, etiam a quibuslibet exactionibus, angariis, oneribus et gravaminibus, ita ut nullus illorum occasione alicuius advocatae alicui officiali ullo modo teneatur respondere.

A. 1171. Udalicus Patriarcha confirmat donationem, factam a suo consanguineo Comite Megnardo de Histria, unius praedii apud Kaltenfeldt et 2 villarum in Marchia Ungarica iuxta fluvium Gurkh, quarum una in Brasizdorf, altera in Globach dicitur.

A. 1264. Gregorius Patriarcha donat decimas grangiae Lasis usque ad villam Pollam.

A. 1277. Gregorius Patriarcha anniversariam Sitticensis ecclededicationem, quae post octam. SS. Apostolorum Petri et Pauli celebratur, transfert ad vigiliam S. Nicolai, quia homines in aestate non tam devotionis causa quam propter saeculi vanitates convenirent, per quorum insolentias quies monastica perturbabatur; demum postea Ludovicus Cardinalis huiusmodi dedicationem iterum transtulit in Dnicam infra Octav. Ascensionis, qua die de facto celebratur Dmncā: Exaudi.

A. 1313. Ottobonus Patriarcha concedit licentiam Sitticensibus abbatibus mnrii decimas extrahendi de manibus laicorum quocunque iusto titulo.

A. 1329. Paganus Patriarcha eximit monasterium a muta sibi debita in Landon et Los.

A. 1389. Ioannes Patriarcha cum consensu sui capituli donat monasterio parochialem eccliam. S. Viti cum 80 capellis ad eam pertinentibus.

A. 1454. Ludovicus Cardinalis, S. Laurentii in Damaso et Aquil. Patriarcha, donat monasterio eccliam. parochialem Sti. Andreae in Alba ecclia. cum omnibus suis capellis et pertinentiis.

A. 1456. Fortunatus Patriarcha confirmat donationem factam per nobilem virum, armigerum Aquileiensem, D. Iacobum Gumpler, ipsi monasterio Sitticensi decimarum in villis Reberg et Valischendorf et Drasdorff.

Sequuntur donationes Laicorum.

A. 1190. Ditericus, Epps Gurcensis, confirmat donationem cuiusdam praedii nomini Hartwigisdorff per Poppo de Albekhe, fratrem predicti Eppi., monasterio factam.

¹⁾ Quid?

²⁾ Eximit(?)

A. 1228. Donat Henricus, Marchio Histriae, maritus D. Sophiae, praedium suum in villa Swochansdorff, item praedium in villa Louch, molendinum apud Töplitsch, 2 mans. ultra montem citra Ungariam et de 15 mansis decimas supra montem Volaulé. (Hoc anno obiit.)

A. 1162. Mengardus et Albertus fratres de Schwarzenburg donant villam Kaltenfeldt.

A. 1232. Confirmat Fridericus 2dus Imperator remissionem iuris nemorarii et venatorum in nonnullis praediis monasterii factam per Sophiam, filiam Comitis de Weixlberg.

A. 1238. Sophia, Marchionissa Histriae, donat monasterio 8 mansos situs circa Libek, qui dicuntur Puche.

A. 1230. Comes Wilhelmus de Huneburg donat monasterio praedium Zilowitsch.

A. 1241. Donat D. Fridericus de Belto 12 mansos in Copreunisch cum consensu Eberhardi, Archieppi. Salisburgensis, tanquam dni. feudi.

A. 1223. Donat Willa, ministerialis Meinardi, Comitis Goricensis, septem hoes. iure haereditario proprios, ita ut singuli annuos 5 denarios solvant mnrío.

A. 1246. Donat D. Fridericus de Betouia 12 mansos de suo fvndo prope Herberg in villis Copreunisch et Ulrichensdorff.

A. 1251. Testatur Ulricus, dux Carinthiae, quod Henricus, Marchio Histriae, donavit proprietatem 6 mansorum in Lokh, quos alii dni. in feudum habebant, a quibus postea Monrium ius feudale precio accepit.

A. 1254. Dux Udalricus Carinthiae confirmat donationem factam per D. Reinbotum de Hertenberch, Castellanum in Conirkh, 2 mansorum et 2 vinearum in Osliza.

A. 1257. Donat Agnes, Ducissa Carinthiae et domina Carniolae, uxor Udalrici, ducis Carinthiae, mnrío Sitticensi 40 mansos situs apud Stain et Riffenstein.

A. 1256. Udalricus, dux Carinthiae, et uxor eius Agnes donant villam Rottenbach.

A. 1258. Confirmat Udalricus, Dux Carinthiae, redemptionem 5 oppignoratorum mansorum factam in¹⁾ Wichmaro de Ristenstain, quos Fridericus de Winekh prius mnrío donaverat.

A. 1254. Donat D. Udalricus, filius Bertrandi, Ducis Carinthiae, Monrio unum mansum et unum molendinum iuxta Mettnach.

A. 1256. Donat Otto, Petinensis Epps., mnrío unam vineam in monte, qui dicitur Salz, sitam prope Saxenfeldt, quam se asserit emisse a Volchmaro pro 70 marcis.

¹⁾ Hier sind offenbar ein oder mehrere Worte ausgefallen. — R.

A. 1242. Donat D. Elisabetha de Miltenberch 4 mansos sitos prope Miltenberch in loco, qui dicitur Stany.

A. 1232. Donat D. Meinhalmus de Auersperg miles 2 mansos in monte pro sepultura.

A. 1256. Donat D. Hermanus, Comes de Orttenburg, 2 mansos in Tendorff.

A. 1260. Donat Udalricus, dux Carinthiae, unum praedium prope Mettnach propter Marquardum, qui in monro sustentabatur.

A. 1263. Donat Udalricus, Dux Carinthiae, cum omnibus iuribus et pertinentiis monrio villam Mettnach.

A. 1262. Dux Carinthiae Udalricus confirmat donationem D. Aleidis, Sororis D. Ortulfti de Gurkhfeldt, de 4 mansis in villa Esloch apud forste factam monrio.

A. 1263. Udalricus, Dux Carinthiae, fundat decem annuas Marcas monrio dandas ex Labacensi telonio.

A. 1564. Legat D. Udalricus de Preisek octo mansos in Scherfenitz iuxta Michove.

A. 1266. D. Friderici de Winekh quondam uxor Cunegundis donat monrio 4 mansos in Hurde prope Gurkam. Praeterea Fridericus maritus suus contulit monrio $5\frac{1}{2}$ mansos in Prinskove; item dedit 5 suos proprios homines ita, ut quilibet annuus 5 denarios pendat monrio pro censu capitis.

A. 1268. Donat Udalricus, Dux Carinthiae, monrio villam Dobrau.

A. 1272. Legat Lioboldus quidam, miles dni Henrici de Scherffenberch, 4 mansos in monte Freuen in loco, qui dicitur Repisch.

A. 1274. Donant duo fratres de Scherffenberg in recompensationem damnorum monrio illatorum $12\frac{1}{2}$ mansos zu Hollenpaumb.

A. 1277. Donat D. Hertwig de Valchenberch unum mansum situm in loco, qui dicitur Zemlassen.

Circa ann. 1268. donavit Udalricus, dux Carinthiae, decimas novalium ad introitum montium Lubel.

A. 1278. D. Hartwig de Vachenberch donat 4 mansos, quorum duo siti sunt in Zemlassen et 2 in Gostein. Testes subscript. D. Hebrandus de Oversperch et Meinhalmus eius filius.

A. 1280. Dat Meinhalmus de Oversperch monrio in villa Müllau quandam decimam ad quadriennium monrio fruendam propter quaedam damna in villa Cirknitsch monrio illata.

A. 1274. Donat D. Wilhelmus de Scherffenberg ad nostram curiam Weinperg $9\frac{1}{2}$ mansos, quorum 4 sunt in villa apud S. Alexandrum, 5 vero et $\frac{1}{2}$ illorum siti sunt in loco, qui dicitur zu hollen Paumb.

A. 1269. Contulit allodium de Altendorff Bernardus et uxor Quita, praedium Kithindorff Comes Bertoldus de Andechs, 5 mansos in Lippoglau Menardus, allodium Khaltensfeldt Albertus et Megnardus fratres, Comites de Schwarzenburg, Hierosolymam euntes.

A. 1261. Udalricus, dux Carinthiae, donat monrio forum quoddam in Lubelino cum omnibus suis attinentiis, ius etiam venatorum et forest. relaxat, etiam quaedam monrio oppignorata praedia redimit.

A. 1249. Donat Mainfling de Oversperg unum mansum in Gross Lupp.

A. 1284. Donat Albertus de Ursperg vel Oversperg 2 mansos apud Stegen. Circa idem tempus apud Lok 3 mansos dedit Bertoldus de Gurkfeld, 6 mansos D. de Hopfenbach apud Rawam, apud Gigenhaimb 4 mansos D. Ditericus Gallo, 1 mansum in Ponikhel et 4 iuxta Gurkham in campo Udalricus de Landspreis. Item Fridericus et uxor sua Cunegundis dederunt praedium in Rottenbach.

A. 1278. Confert D. Meinhalmus de Oversperch monrio 4 mansos, quorum unus in Lippoglau sub monte in villa, quae dicitur Schefendorf, tres vero sunt Rasbor, in recompensationem multorum damnorum monrio a se illatorum, uti ipse fatetur, et, cum proprio sigillo caruerit, sigillo sui soceri D. de Valchenberg usus est.

A. 1284. Donat quatuor mansos Fridericus de Plintenpach situs in villa Ratteshy et unum molendinum.

A. 1280. Confert D. Berse de Arch, sententiarius Mainardi, Ducis Carinthiae, duas vineas sitas in Arch.

A. 1276. D. Ulricus de Ristenberg donat unum mansum in Ybelsko in recompensationem damnorum hominibus monrii in Khaltensfeldt et Streinach illatorum.

A. 1268. D. Cunradus Gallo confirmat donationem suae uxoris D. Dymodis factam monrio de uno manso in Teuplach in plebe Monspurg.

A. 1293. Donat Jeut de Neidekh tres mansos in Teustentall et petit in monrio sepeliri.

A. 1300. Donat Meinfeling de Hopfenbach tres mansos in Pischoffsdorff.

A. 1316. Donat Cunradus, filius Henrici de Chotymssel, duos mansos in Herritz.

A. 1316. Donat Schulthaiss von Khatzendorff unam vineam apud Frowin.

A. 1319. Confirmat Udalricus Bernekher donationem unius domus in oppido S. Viti monrio factam a suo patre.

A. 1322. Donat Cunradus Turner duos mansos in loco, qui dicitur zum Aygen prope Landstrass.

A. 1324. Donat Albertus Tscherschan tres mansos in Michelbakh undter Weixlburg.

A. 1324. Donant Albertus, Henricus, Laurentius et Ruedliebus, fratres germani de Opfenbach, tres mansos in villa Schalkenthall.

A. 1318. Donat D. Griff, id est Christophorus de Reuttenberch, decem mansos in villa Drag circa S. Martinum.

A. 1304. Dat Hermanus der Zwir, alias Ubel, unam decimam prope Lasitsch, reservando sibi usufructum ad dies vitae.

A. 1311. Donat Nicolaus Piers de Rottenpachel 6 mansos in Niemasshausen et decimam ibidem in monte; hanc donationem confirmat Henricus, dux Goritiae.

A. 1318. Donat Carolus, miles de Mitterburg, 12 mansos, 5 illorum situs apud Tilliam, in Tscheltz 2, in Replach 5. Item decimas de duabus villis sc. de S. Michaele et Gletschach tres manipulos.

A. 1320. Donat unum mansum et unum molendinum in Campo D. Catharina de Weinekh.

A. 1304. Donat 100 marcas D. Richtze von Reuttenberg.

A. 1308. Donat D. Mikha Printzgouerin unum mansum in Aich.

A. 1329. Donat Hermanus Gatsitz unam vineam in monte Spiegeberch.

A. 1329. Donat D. Hertneyt de Schernpichel duos mansos zu Boritsch.

A. 1330. Donant Henricus et Ulricus, fratres de Montpareis, 5 mansos in Verschlaun in recompensationem damnorum monrio illorum.

A. 1300. Donat Otto de Auersperch $1\frac{1}{2}$ mansos in Luzhe et medium mansum ibidem vendit Abbati Henrico frater praefati Ottonis, nomine Hugelin de Auersperg; item D. Bertha, utriusque mater, donat duos mansos et unum molendinum am Pach bey Altendorff.

A. 1333. Donat pro remedio suae animae D. Reinpekh de Praprotschach curiam suam seu praedium in Praprotschach.

A. 1334. Donat D. a Reuttenberg octo mansos situs in Rottenpach.

A. 1345. Donat duos mansos, unus est apud S. Crucem, alter zu Freyhoff, Rudolphus Weixlberg cum hac conditione, ut habeat victum et vestitum et habitationem in mnrrio usque ad vitam.

A. 1304. Donat D. Wilhelmus de Rottenpichel 12 mansos, 6 siti sunt in Niemetzhausen in Khall, tres in Pirksenfeldt, duo in Hönigstain, unus cum vineis et decimis et iure montano.

A. 1346. Donat D. Udalricus de Scherffenberch 2 mansos.

A. 1346. Donat Comes unus de Reuttenberg decem mansos

apud Verschlau, quam donationem confirmat Albertus, dux Austriae, tanquam Dnus feudi.

A. 1349. Donat Henricus Mindorffer in villa Preinpach unum mansum.

A. 1347. Donat D. Sicherstainer villam Gradisch undecim mansorum, sitam in plebe S. Bartholomaei.

A. 1350. Donat D. Heinzl de Seisenberg unum mansum in Tragotsch auf Christiansperg et unum pratium zum videm bei der Themanitsch.

A. 1351. Donat Thomas de Oberr Gurkh unum mansum ad pitantiam situm in Bojansperg.

A. 1351. Donant Cunradus et Wilhelmus Galli unum mansum in Glantz et tres mansos in Raswor.

A. 1307. Dat D. Wilhelmus de Rottenpichel 6 mansos et 6 vineas.

A. 1354. Donat Laurentius de Hopfenbach 2 mansos in villa Chau.

A. 1354. Donat Frizel Tzobrozer unum mansum Ottitzberg.

A. 1346. Dant Leopoldus et Greiff, fratres de Reuttenberch, 16 mansos in Verschlauen et unum molendinum, et ius Advocatiae desuper sibi competens remittit Dux Austriae.

A. 1352. Donat unum mansum in Raurikh apud Pillichperg D. Hainzel, filius Ottonis Mindorffer.

A. 1358. Aliquos vasallos mrio donat D. Hermannus von Reuttenberg.

A. 1358. Donat Bertholdus Tzobrotzer unum mansum situm in Aich.

A. 1341. Donat Riepl de Meichau tres mansos, quorum unus est in Khrast, alii duo in Rakonikh, et decimas in villa Pollau bei Hopfenbach.

A. 1331. Donat Comes Meinardus de Ortenburg 21 mansos, quorum tres sunt siti apud S. Martinum in Gratz, tres in Mlazau, duo in Gottein, duo in villa et reliqui in Leutsch.

A. 1353. Donat D. Catharina Schnitzenbaumerin, filia Nicolai de Meichou, 12 mansos suae dotis, quorum duo mansi in Osredekh, duo zu der Stauden et duo molendina ibidem; apud Pirpam tres mansi, zum Hoff 1 mansus, zu Pratprotsch 3 mansi, zu Lakhe 1 mansus.

A. 1348. Donat D. Wilhelmus de Scharffenberg 2 Mansos in Nieder-Praprotschach.

A. 1351. Donat Engelbertus Gall unum mansum circa Raswor.

A. 1352. Donat Hermanus de Reuttenberg unum mansum in villa Rudgesdorff trans fluuium Gurkh.

A. 1358. Donat Otto de Watsch unum mansum in villa Gratz apud Sauum.

A. 1301. Donat Meinhalmus de Auersperg unum mansum zu Pöltz monrio ad Capellam S. Catharinae, ubi petit sepeliri.

A. 1354. Donat D. Francisca vidua duos mansos in Hartmansdorff pro remedio animae sui mariti, D. Dietrici de Schönberg.

A. 1360. Donat D. Diemut unum mansum zu Niedern Prakht pro remedio animae sui mariti, D. Gall von Schönberg.

A. 1361. Donat Nicolaus Wenekher unum mansum am Rain bey der Themenitsch.

A. 1361. Donat D. Stephanus de Pogantz 2 mansos in Dobravitsch circa Fitsch et 8 marcas denariorum Venetorum.

A. 1368. Donat D. Bertholdus Zubracher unum mansum in monte ex opposito Prinskau.

A. 1356. Donat D. Hermanus de Ainodt unum mansum ad S. Michaellem prope fluvium Gurkam in plebe Döfernik.

A. 1359. Donat D. Rudolphus de Reuttenberg 2 mansos sitos in Korenik.

A. 1369. Donat Mainradus de Rossekh 2 mansos sitos zu den Vorst in plebe Hönigstain.

A. 1372. Donat D. Albertus de Meltz unum mansum apud S. Iacobum in Pollitsch.

A. 1324. Donat D. Thomas de Gurk unum mansum.

A. 1346. Donat Ulricus de Scharffenberg 2 mansos in Lippoglau.

A. 1373. Donat Pertoldus Sübrecker 2 mansos in Aich et petit hic sepeliri.

A. 1365. Donat D. Georgius de Scharffenberg 5 mansos in Trutschdorff.

A. 1365. Remittit ius Advocatiae in Wart D. Georgius de Scharffenberg.

A. 1372. Donat Gerlach Greiff unum molendinum apud fluvium Gurkh prope Meichou.

A. 1381. D. Ioannes Truchsatz von Wallpurch et Catharina, Comitissa von Cilly, Truchsazin uxor, remittunt quidquid iuris habuerant ad decumam vinariam in Weinberg, quam decimam antedecederat donaverat monrio D. Albertus, Comes Goritiae.

A. 1387. Donat D. Bertoldus Zubratsche unam curiam sitam zu gschliess Ecclae. parochiali S. Viti.

A. 1384. Donat Agnes Hoffstetterin parochiali domui S. Viti unum mansum in Prinskau.

A. 1384. Fundat ad primam missam in ara S. Stephani dicendam

D. Iacobus de Stermol, plebanus in Harlandt, 10 mansos sitos in Pillichgrats et duas partes decimae de 5 mansis.

A. 1383. Donat 2 mansos in medio Lippowetz plebis Dofernikh D. Folkardus de Auersperg.

A. 1383. Donat unum mansum in Podgoritsch Friedericus Harrer de Igg.

A. 1384. Donat decimas ad Stm. Michaellem et ad Gletzet et unum mansum etiam in villa Gletzet plebis Dofernikh situm apud Gurkh et unum molendinum apud Delishdorff Hainzel Metzall.

A. 1371. Donant Engelreich und Waintzel de Graß 2 mansos sitos in Harland et unum in der dürren Crain zu Preual.

A. 1384. Donat 6 mansos D. Rudlib de Kosiakh.

A. 1388. Donat Albertus Kosiaker, Purggraß zu Landtstrass, 60 guetter gulden und 30 Emper weins.

A. 1393. Donat D. Bertoldus Liechtenberger duos mansos zu Ruegersdorff.

A. 1397. D. Viridis de Milano, Ducissa Austriae, remittit sibi a mnrio debitos 400 ducatos auri, ita ut quotidie fiat missa de B. Virg.

A. 1374. Albertus, Dux Austriae, condonat mnrio steuras ad 4 annos.

A. 1390. Fundat D. Henricus Gall de Gallenstein capellaniam S. Pauli zu Ballenstein, reservato sibi et postmodum seniori semper de hac familia iure patronatus et praesentationis, ius confirmationis autem est penes parochum Trestinensem. In libro mortuorum Benefactorum et Familiarium invenitur notatum, ut D. Paulus de Oberstein, praepositus Viennensis, supremus et perpetuus Cancellarius Archiducatus Austriae, circa 1395 donaverit monrio effectualiter parochialem Ecclesiam in Harlandt. (Hier steht von einer späteren Hand beigefügt: Paulus ab Oberstein vixit 1530 non 1595¹⁾).

Circa 1396. Donat D. Gebhardus Presinger Monrio sitos 11 mansos in villa Gradisch.

Auf einem Zettel mit einer späteren im höchsten Grade unleserlichen Schrift ist hier folgendes eingefügt:

„Anno 1388. die S. Michaelis donat Alberto, Abbati Sitticensi et conventui Dna Selda, Nicolai de Gallenberg relicta vidua, nata de Hopfenbach, centum marchas pecunae et 4 mansos in Rebnitz, super quod eodem die praedictus Abbas et Conventus dedit Reversales de quotidiano Sacro de SSma. Trinitate ad altare S. Andreae in capella Gallenbergica et de anniversario semp. die veneris post festum S. Simonis et Iudae, promittentes vespere vigiliis et mane cantatum

1) Dann war er auch als Wienerprobst: Canzler der Wiener Universität nicht aber Canzler Archiducatus Austriae. Der Herausgeber.

sacrum, cum omnibus missis sacerdotum ibi existentium et omnibus bonis operibus ordinis, obligantes dispensatorem illa die in memoriam dictae D. Seldae de Gallenberg et Nicolai de Gallenberg ad emolumentum pro unoquoque sacerdote ordinis p. 3. Pfundt Pfennig Füsich, imponentes fream (?) dispensatori et magistro cellario, nominatis Kiechenmeister, Ober- und Unterkelner, ne careant vino, si hoc factum et fuerit.

A. 1400. Donat Rainardus von Hophenbach unum mansum in Niederstainpach in plebe Hönigstain.

A. 1404. Dna. Viridis, Ducissa nata Mediolan. et ducissa Austriae, dimittit monasterio mutuo datos 300 ducatos, pro quo debito oppignoraverat monrium 7 mansos in Gross-Altendorff.

A. 1409. Legat D. Ioannes Gumpler post suam mortem monrio 100 aureos et contra monrium tradit ipsi usumfructum quorundam bonorum ad dies vitae.

A. 1404. Donat Agnes, filia Bertoldi Zubratscher, 2 mansos in Prinska ad eccliam S. Viti.

A. 1418. Donat unum mansum in Kalitsch Hermanus Kosiaker.

A. 1422. D. Eberhardus, Epps. Suffraganeus et parochus in Obergurkh, emit unum agrum penes fluuium Gurkh.

A. 1422. Fundat (ad Capellam B. V. in parochiali eccla. S. Viti D. Paulus Globitzar multos mansos et decimas, ibique sibi et suis posteris ius presentandi perpetuum Capellanum reservat.

A. 1426. Donat Nicolaus, Vicarius in Buttenwerdt, unum pratum situm prope Guettenwerdt ad mensam ecclesiae S. Nicolai in Buttenwerdt.

A. 1430. D. Christophorus Stumpler et uxor eius Clara conducunt ab Abbate Sitticen. Laurentio ad dies vitae decimam circa oppidum Weixlburg pro annuis 19 f. aureis simulque donant monrio 2 mansos sitos in Gottain.

A. 1442. Georgius Glaner et eius uxor fundant perpetuam capellaniam ad altare Sti. Georgii in parochiali eccla. Obergurkh.

A. 1448. Donat Wilhelmus Weixlberger unum pratum zum heiligen in weixlberger Pfahr.

A. 1452. Fundat Nicolaus Ruessbacher ad vicariatum S. Petri 2 mansos sitos Undter Altenburg an der March, quam donationem confirmat Andreas Gall, tunc temporis parochus in Weisskürchen.

A. 1456. Donat D. Iacobus Gumpler decimas in Reberts, Valischendorf et Drasdorff frumentarias et vinarias ita tamen, ut habeat suam competentem sustentationem in monrio usque ad mortem.

A. 1424. Legat Martinus Limakh, civis Rudolphswert, unam vineam in Altenperg.

A. 1466. Donat D. Iacobus Gumpler decimam in utroque Dobrau de 13 mansis et 2 manipulos.

A. 1466. Donat D. Laurentius Wernekker parochiali eccl. S. Martini prope Lythay unum mansum in Troshein.

A. 1467. Legat per testamentum Ioannes Mairerser unum chirographum 300 fl. pro uno perpetuo anniversario.

A. 1466. Legat Ioannes, Capellanus S. Viti, praedium in Ober-Gurkh.

A. 1463. Donat unum mansum an der Schut parochiali eccl. in Harlandt D. Iacobus Gumpler.

Circa 1424. D. Viridis donat 17 mansos et unum molendinum.

A. 1470. Donat Pilgreim Globitzar unum mansum situm in Langenaker.

A. 1489. Donat post suam mortem Balthasar Kazenberger unum praedium Volkhenschiess undter Weixlberg, item zwo Hoffstäth undter Weixlberg in den alten Markht, item tres agros et aedes in oppido Weixlberg ad capellam S. Pauli prope portam monasterii.

A. 1492. Donat Georgius Froleichstorffer ad eccl. S. Nicolai in Guttenwerdt duos mansos in Rokhendorff et unum in Drach et item aliquot agros et unum molendinum apud Buettenwerdt. Vicariatus iste translatus fuit ad S. Cancianum.

A. 1493. Fundata est primissaria Weixlburgi in eccla. B. V. in alten Markht, ad quam contulit D. Georgius Gratzter de Gratz 150 talenta denariorum et D. Gregorius Gumplar fundum, ubi Eccla. stat, et unum mansum in Schut in plebe Harlandt.

A. 1493. Donat Anna Globizerin ecclae. B. V. in Alten Markht Weixlburgi unum mansum zu Kriehe in St. Veiter Pfahr.

A. 1448. D. Rainpreht von walsche donat aedes Labaci sitas penes S. Nicolaum fluuium versus.

A. 1447. D. Fridericus, Comes Ciliae et de Ortenburg, dimittit allodium et cedit Monrio de uno manso et molendino in Temenitz apud Steinach.

A. 1495. Donat Hermanus Rauber pro anima fratris sui Georgii decimas de 10 mansibus in gross und khlein Blobokh und zu der Hurdt anhalb der Burkh.

A. 1476. Ludovicus de Kosiak resignat iuri advocatae de 6 mansis.

A. 1512. Donant Andreas de Auersperg et Sigismundus von Willanders decimarum 2 partes de 14 mansis, sitis in gross und khlein Dobrau in Weixlberger Pfhar.

A. 1539. Confirmat donationes sui patris et fratris 2 mansorum in Tehaboi Georgius Apfaltrer.

A. 1508. Donat Sigismundus von Willanders unam decimam in Gumpichel, de 7 mansis tertiam partem.

Sequuntur bona Monasterii per congambia et emptiones comparata.

Anno 1275. Emit Abbas Cunradus 4 mansos zum Puchel a Weizmano, cive Labacensi.

A. 1275. Vendit D. Fridericus de Neidek Abbati Conrado vil- lam Sagoritsch.

A. 1280. Vendit Wolfig de Raichenstain Abbati Henrico unum mansum im Dulach.

A. 1280. Vendit Henrico 8 mansos sitos in Villa Gompol D. Ditricus de Schönberg.

A. 1289. Vendit D. Ditericus de Schönberg Abbati Henrico 18 mansos sitos iuxta saltum, qui vulgariter Vorst vocatur.

A. 1289. Partim vendit et partim donat D. Engelbertus de Wart 8 mansos in Newgschiess.

A. 1290. Vendit Marquardus, civis in Gутtenwerdt, Abbati Henrico 4 mansos sitos in Crainzinsdorff.

A. 1293. Dat Wolfgang Gall, Purggraf zu weinekh, 2 mansos zu Thall et unum zu Pirth pro tribus aliis zu Füttsch.

A. 1299. Dat Wilhelmus, dux Austriae, pro parochiali ecclesia in New Markhtl monrio parochialem ecclesiam in Döfernik. (Eine spätere Handschrift dabei:) „Cum vicariatu Seisenbergensi Hermagorae et Fortunati.“

A. 1290. Commutat D. Meinzling de Hophenbach 8 mansos sitos in Aich et 2 in Pischoffsdorff pro 8 mansis in Douernikh.

A. 1284. Emit Abbas Henricus a Wilhelmo de Weixlberg 3 mansos in Langenakher.

A. 1297. Vendunt Otto et Vgo de Auersperg 3 mansos in Pischoffsdorff.

A. 1290. Vendit D. Sophia, uxor Engelschalchi de Richersburch, tres mansos apud S. Laurentium.

A. 1303. Confirmat Meinzelin de Hophenbach emptionem villae Domini Rudolphi Abbatis contractam cum D. Volschalch.

A. 1316. Vendit D. Nicolaus Piers de Rottenbichl unam villam, quae dicitur Niemetzhausen.

A. 1311. Emit Abbas Rudolphus unam decimam a Nicolao de Rottenbichel.

A. 1323. Vendit Rudling, filius Seiter, Abbati Nicolao unum mansum in Woiansperg.

A. 1326. Vendit Henricus dictus Zientzer 4 mansos in monte Eisenberg Abbati Friderico.

A. 1329. Emit Abbas Eberhardus 4 mansos in Schiesen a Chunel de Reuttenberg.

A. 1330. Vendit Ulricus de Montpareis Abbati Eberhardo 3 mansos in Verschlauen.

A. 1332. Vendunt Henricus et Ulricus, fratres de Montpareis, unum praedium in Verschlauen.

A. 1329. Vendunt Eisenreich und Hantzel 8 khubetina, cives Labacenses Abbati Eberhardo tres mansos in Dulach apud Stohansdorf.

A. 1249. Vendit D. Meinzling de Hophenbach tres mansos circa Themenits prope villam Dulach Abbati Henrico.

A. 1318. Vendit Wolfel Peyschac 6 mansos cum molendino in Drag apud S. Thomam.

A. 1329. Vendit D. Nicolaus Gall duos mansos in villa Kürchsthethen Abbati Eberhardo.

A. 1331. Vendunt Henricus et Ulricus, fratres de Montpareis, duos mansos auf der Marchstath.

A. 1333. Vendit Hermanus von der Aynodt 2 mansos in langen Akher.

A. 1351. Vendit Martinus Ternak Labaci unum hortum contiguous domui Sitticensi in Altenmarkht Abbati Petro.

A. 1318. D. Wilhelmus Piber partim vendit partim donat $3\frac{1}{2}$ mansos sitos apud Glogowitz.

A. 1320. Vendit Cunradus der Igger nomine sui Principalis, D. Greisten von Reuttenberg, aedes sitas Labaci in Newen Markht Abbati Friderico.

A. 1324. Emit Abbas Nicolaus a Rudel, filio Seits, duos mansos in der Drag.

A. 1237. Vendit Leopoldus Poden tres mansos in villa Pollan Abbate Ioanni.

A. 1342. Vendit Oltel de Neidekh unum mansum in Tschatess.

A. 1296. Thomas Weinekh commutat 2 mansos in Matschkuviz pro uno in Futsch, quem postea donavit ecclae. S. Viti.

A. 1351. Emit Abbas Petrus unum mansum in Seleissen a D. Nicolao Gerlochstainer.

A. 1356. Emit Abbas Petrus a Jancel de Weixlberg 2 mansos in villa Pollan.

A. 1356. Vendit Ioannes de Weixlberg D. Catharinae Schnitzenbaumerin 3 mansos in Aich et unum hortum, quos postea D. Schnitzenbauerin donavit mnro ad altare S. Andreae.

A. 1365. Dat Petrus Abbas unum mansum D. Wulschalhk Gall pro prato.

A. 1365. Permutatio facta quorundam mansorum pro loco seu villa Graz, ubi nunc oppidum Rudolphswertum stat, et pro 29 mansis in Verschlaun et Lotschen inter Rudolphum 4., Archiducem Austriae, et Abbatem Petrum, pro quibus recepit Abbas 26 mansos et decimam in Harlandt de 81 mansis.

A. 1320. Emit Abbas Nicolaus unum mansum in Staindorff bei Tewplitsch et piscinam ab Vlfinkh de Schönberch.

A. 1321. Vendit D. Gertrudis de Ophenbach, vidua Friderici de Neidekh, Abbati Petro duos mansos apud Chaud.

A. 1361. Vendit Bertoldus Zubracher duos desertos mansos sites apud ripam Slepschach apud semitam, quae ducit de Freyhoff, Abbati Eberhardo.

A. 1349. Vendit D. Henricus de Sicherstain undecim mansos sito sin Oberstainbach under Hoffenbach Abbati Petro.

A. 1399. Abbas Albertus dat 7 mansos isti Rudlieb von Khsiakh fruendos usque ad vitam et contra Kosiakh donat monrio 156 marcos denariorum.

A. 1401. Leontius, filius Greiner von der Obergurkh, permutat unum mansum in Preual pro mansum zou Trosspuhel.

A. 1421. Vendiderunt Abbati Petro Martinus et Andreas von Meisou 4 mansos et unum hortum zu Kherschla under den Hauss Opfenbach.

A. 1421. Vendit D. Ioannes Geissellher unam curiam apud Drag und khlein Dobrau in plebe S. Viti Abbati Petro.

A. 1424. Emit Abbas Petrus ab Ulrico Mazerol unum mansum in villa Langenakher.

A. 1424. Vendit Herbardus de Auersperg 3 mansos am Rain zwischen Pischoffsdorff und Aych Abbati Petro.

A. 1446. Vendit Fridericus Appreher parochi in Ponikel unum mansum et unum molendinum apud Themenits.

A. 1450. Emit Abbas Udalicus ius advocatiae super 4 mansis in Khatzendorff in plebe Döffernikh ab Andrea Guettenstainer.

A. 1452. Emit Abbas Ulricus unum mansum Zum Kreutz in plebe Döffernikh a D. Iacobo Glowizar.

A. 1455. Vendit Petrus, Aurifaber Labac., Udalrico Abbati unum mansum in gereut in plebe Watsch.

A. 1466. Vendit Balthasar Maichover 4 mansos sites in dürren Crain zu Preual zu der Fruehmess zu Weixlberg.

A. 1420. Emit Abbas Petrus a D. Ottone Arcker 4 mansos et 1 molendinum an der Leüth bey Harlandt in plebe Labacensi.

A. 1468. Vendit Georgius Gukker duo praedia zur Fruessmess nach Weixlberg.

A. 1403. Vendit Anna, Petri Giowizar filia, unum mansum zu Kirche in plebe S. Viti zur Friessmeess nach Weixlburg.

A. 1504. Vendit Georgius Schnizenbaumer von Dinegk bey Igg unum mansum zu Pöllitsch Abbati Ioanni.

A. 1505. Vendunt Andreas et Ioannes Lapriacher Abbati Ioanni den Matscherolhoff.

A. 1519. Vendit Andreas Paradeiser unum mansum vocatum Namersperg under Schönberg.

A. 1506. Vendit Sigismundus von Villanders 2 mansos feudales in der Bolthein et promittit proprietatem desuper procurare monrio.

A. 1396. Permutat Abbas N. ¹⁾ duos mansos pro 2 mansis in Pösen Fresauer in plebe Harlandt cum Gregorio Gumpfer, Purggrafen zu Weixlburg.

A. 1516. Cedit Andreas Paradeiser decimarum duas partes in Khlein Dullach pro uno manso apud Gross Dullach, Namersperg genannt.

A. 1631. D. Ioannes Anslauer Abbas acquirit per concambium (ab) abbate Victoriensi parochialem eccliam S. Stephani in Zeiyer pleno iure, utpote 1342 incorporata fuerat monrio Victoriensi a Bertrando Patriarcha Aquileiensi. Hanc permutationem ratificat et confirmat Ferdinandus II. imperator a. 1633.

A. 1668. Emit D. Abbas Maximilianus parochialem eccliam S. Michaelis in Monspurg cum omnibus suis vicariatibus et capellis ab Abbate S. Trinitatis zur Newstatt in Oestreich, quam iam ano. 1462 Pius 2dus pleno iure incorporaverat praefato monrio Neostedensi in recompensam dismembrationis parochialis ecclesiae S. Petri et capellae S. Ioanis extra muros Labacenses ad instantiam Friderici 3tii, Romanorum Imperatoris, fundatoris Episcopatus Labacensis. Ex praenotatis bonis vix tertia pars de facto exstat, sed nec mirum; monrium quippe ab initio statim et a quinque huc saeculis plurima perpeti debuit, insuper duabus iam vicibus ab infidelibus, uti in serie Abbatum videre est, funditus eversum et in cineres redactum taliter, ut usque ad praesens tempus extreme laboraverit alieno aere onustum et vix non oppressum.

¹⁾ Nach der Series Abbatum wäre es Albertus Linteker von ca. 1388—1403. Der Herausgeber. — Wir glauben, dass hier wohl 1506 oder 1516 statt 1396 zu lesen sein dürfte. Hiefür spricht schon die chronologische Reihenfolge. — Die Red.

Sequuntur Romanorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum aliorumque Nobilium Bullae, Privilegia, Gratiae, Immunitates, Libertates, Exemptiones mrisio Sitticensi concessae et indultae.

A. 1217. Comes Engelbertus de Portia liberat monrium a telonio in suo foro apud fluvium Vnze.

A. 1228. Sophia, Marchionissa Histriae, relaxat omnia praedia monrii a iure nemorario et venatorum.

A. 1229. Gregorius PP. IX. suscipit monrium una cum personis in eo degentibus et bonis eorum in Aplicam Protectionem.

A. 1214. Innocentius PP. III. confirmat omnes donationes hactenus monrio factas. Item, quod Abbates Sitticenses in causis propriis sive civilibus sive criminalibus fratrum suorum testimoniis uti possint. Item, ne aliquis Epps. monachos Sitticenses ad Synodos aut conventus forenses ire aut iudicio saeculari de propria substantia vel bonis¹⁾ compellat, neque Epps. ad monrium Sitticense ad celebrandos ordines aut causas tractandi aut alios conventus publice celebrandi causa venire praesumat, neque electionem Abbatis impediatur. Quod si Epps. ea, quae ad Pontificale officium pertinent, denegaret, tunc ab alio Eppo. poterit ipse Abbas percipere. — Pro consecrationibus altarum aut ecclesiarum seu oleo sancto aut alio sacramento non debet Epps. aliquid accipere, sed gratis dare, alias alium Eppum. adire licebit. — Item, cum commune interdictum terrae fit, liceat tamen in monrio exclusis et interdictis divina officia celebrare. — Item, ut intra septa aut grangias nulli liceat rapinam seu furtum facere, ignem apponere, aut sanguinem fundere aut hominem temere capere vel violentiam inferre (et plura alia concedit praefatus Pontifex). Tandem confirmat omnia privilegia a Summis Pontificibus et Regibus concessa.

A. 1239. Gregorius PP. IX. comittit Patriarchis Aquil., ut invasores monrii vel bonorum censuris ecclesiasticis coerceant.

A. 1243. Begenardus, dux Carinthiae, liberat monrium in perpetuum a dando telonio Labaci.

A. 1225. Alexander PP. IV. eximit Sitticenses, ne teneantur de blado, vino, lana et animalibus, quae pro suis usibus emunt, solvere pedagia, vinoagia seu roagia.

A. 1255. Alexander PP. IV. concedit licentiam Abbatibus petendi vel recipiendi haereditates suorum fratrum.

A. 1255. Alexander PP. IV. confirmat privilegia suorum praedecessorum Monrio Sitticensi data.

¹⁾ Hier vielleicht respondere oder ein ähnliches Wort ausgefallen. — Grangiae (w. u.) sind die Wirthschaftshöfe (granaria, la grange). — R.

A. 1256. Alexander PP. IV. (concedit)... quod monrium Sitticense non teneatur obedire Ordinariis ad excommunicandos vicinos.

A. 1256. Udalricus, Dux Carinthiae et Dux Carniolae, eximit colonos et proprios mrii homines a suis Iudicibus et Officialibus, ita ut, quidquid controversiae oriatur, Abbas corrigat et emendet; sub hac tamen exemptione non comprehendantur, qui morte iudiciaria sunt damnandi, ... rebus et possessionibus mriio remanentibus per praecones solo cingulo cincti et iudicati Ducis iudicibus assignentur. Praeterea eximit mrium ab omni muta, telonio et vectigali; item donat mriio annuas 20 marcas dandas de Labaco et de oppido Landstrass in perpetuum. Demum inhibet, ne coloni Sitticenses ad oppida noviter constructa vel construenda recipiantur vel detineantur.

A. 1277. Meinradus, Comes Goritiae et Tirolis, monrum suscipit in suam protectionem et ne impediatur in Iudicio sanguinis et in emendis suorum hominum ¹⁾).

A. 1277. Denuo Meinardus, Comes Goritiae et Tirolis, confirmat privilegia Sitticensia, praecipue quoad iudicium sanguinis et iura nemoraria et venatorum et iura decimarum, scilicet apud Landstrass 10 marcas et apud Labacum 10 marcas de officio Ducis mriio annuatim persolvendas ²⁾).

A. 1300. D. Ugo de Diwino Dno Fluminis concedit, ut de S. Vito, sua civitate, monrium semper possit educere 50 sommas salis et 6 olei sine telonio sive muta.

A. 1302. D. Otto, Dux Carinthiae, Comes Tyrol. et Goritiae, confirmat suo fratriumque suorum Ludovici et Henrici nomine omnes libertates, iura et privilegia mriio data per Mainardum, Ducem Carinthiae, patrem suum.

A. 1303. Eximit a telonio dando monrum D. Albertus, Comes Goritiae et Tyrolis.

A. 1313. Ottobonus Patriarcha quoque mrium eximit a telonio dando in London et Lass.

A. 1313. Henricus, Bohemiae et Poloniae (rex), confirmat privilegium patris sui Mainardi, Carinthiae ducis, datum anno 1288., in quo privilegio prohibetur, ne quis Abbatem Sitticensem in emendis de iudicio sanguinis exigendis super suos homines audeat impedire, nec etiam aliquod exigere intuitu iuris nemorarii vel venationum.

A. 1335. Bertrandus Patriarcha eximit monrium a telonio dando in London et Lass.

A. 1335. Bertrandus Patriarcha concedit sacerdotibus Sicii pro-

¹⁾ (exigendis?)

²⁾ (deputat?)

fessis licentiam perpetuam audiendi confessiones quorumcumque Xti fidelium, praedicandi aliaque Sacramenta administrandi.

A. 1337. Otto, dux Austriae, confirmat Praedecessorum suorum monrio data privilegia, maxime Udalrici, ducis Austriae.

A. 1360. Labaci confirmat Rudolphus 4tus Palatinus, dux Austriae et R. Imperii supremus magister venatorum, omnia privilegia et exemptiones a suis praedecessoribus, videlicet Ottone duce Austriae et Ulrico duce Carinthiae Monrio Sitticensi datas.

A. 1360. Rudolphus 4., Dux Austriae, assumit Petrum Abbatem ¹⁾ pro suo aulea capellano et familiari

A. 1385. Leopoldus, Archidux Austriae, confirmat fratris sui Rudolphi 4., item Ulrici et Ottonis privilegia; monrium suscipit sub suam protectionem, et ut Abbas solus suos homines et subditos corrigat et emendet, non vero iudices vel officiales Archiducis, in oibus causis et iudiciis, exceptis iis qui morte iudiciaria damnandi sunt; etiam a teloneis et muta eximit, nec non decem marcas ex Labaco et decem ex Landstrass quotannis monasterio solvendas deputat.

A. 1388. Urbanus PP. IV. (VI.) petit informationem a Patriarcha Aquileiensi super parochia S. Viti monrio incorporanda.

A. 1389. Urbanus PP. IV. (VI.) confirmat privilegia praedecessorum.

A. 1395. Bonifacius PP. IX. incorporat parochiam S. Viti cum suis 80 capellis Mnro pleno iure.

A. 1398. Wilhelmus, Archidux Austriae, mandat, ne ullus suorum iudicum vel officialium se immisceat in haereditatem alicuius Sitticensis Vicarii, sed solus Abbas habet ius obsigillandi, inventarium perficiendi.

A. 1401. Bonifacius PP. IX. privilegio cavet, ut mnria Sitticense et de Landstrass non teneantur decimam partem suorum reddituum dare Smo. nec alias exactiones solvere perpetuis temporibus.

A. 1411. Leopoldus, dux Austriae, inhibet Rudolphswertensibus, ne monrii subditos suscipiant vel detineant sine licentia Abbatis.

A. 1412. Ioannes PP. 23. concedit Abbatibus Sitticensibus, ut possint benedicere vestes et ornatus altaris, calices quoque, monachos suos in accolithos ordinare nec non in ecclis. monrii subiectis altaria consecrare.

A. 1414. Ernestus, dux Austriae, confirmat omnia privilegia suorum praedecessorum et incorporat temporalitatem ecclae. S. Viti remittitque ius alodii, quod in ea habebat. Item ne cives Rudolphswertenses recipiant in civitatem homines et colonos monrii.

A. 1400. Bonifacius PP. IX. incorporat monrio parochialem eccliam. in Döfernikh, dictam alias Seisenberg.

¹⁾ Er starb noch im selben Jahre, nach der Series Abbatum.

A. 1437. Dat privilegium Fridericus, dux Austrie, turrim aedificandi in Rudolphswert et principis libertatem utendi illa turri pro conservandis quibuscunque rebus monrii eiusque subditorum sine ulla obligatione solvendi aliquid hac de causa iudici ibidem vel ipsi communitati.

A. 1437. Fridericus iunior, Dux Austriae, mandat suo Capitaneo Carniolae, Comiti Stephano von Madrusch, ne permittat iniuste aggravari et molestari monasterii homines, cuius se profitetur habere ius advocatiae.

A. 1437. Confirmat Concil. Basileense Bullas Innocentii 4. et Alexandri 4., ne monachi Cistercienses per Epps. et ordinarios vocentur ad synodos aut forenses conventus, nisi sit pro fide.

A. 1438. Confirmat Concil. Basileense literas Nicolai Papae, ne aliquis audeat tenere monachos fugitivos.

A. 1421. Ernestus, dux Austriae, confirmat permutationem factam per Wilhelmum, ducem Austriae, a. 1399. ecclae in New Markthel pro parochiali ecclae in Seisenberg et Döfernik.

A. 1442. Fridericus, Rex Romanorum, suscipit Monasterium eiusque bona in suam protectionem mandatque suis officialibus, ne in aliquo Sitticensis gravare praesumant.

A. 1443. Alexander, et patriarcha et cardinalis, confirmat omnes immunitates, exemptiones aliaque privilegia mrio. indulta.

A. 1343. Fridericus, Rex Romanorum, mandat suo capitaneo Carniolae, Comiti de Madrusch, ut manuteneat Sitticensis in privilegio quod habent, ut possint suos subditos promovere et amovere a fundis pro utilitate Monrii.

A. 1444. Confirmatio privilegiorum Ordinis Cisterciensis per Concilium Basileense.

A. 1445. Fridericus Imperator prohibet Rudolphswertensibus, ne homines et subditos monrii suscipiant vel retineant sine licentia Sitticensis Abbatis, et si quos huiusmodi habeant, restituant ipsis cum omnibus illorum bonis.

A. 1446. Concilium Basileense ad instantiam Friderici, Romanorum Regis, dat auctoritatem Abbatibus Sitticensibus uti mitra, dare solemnem benedictionem et conferre quatuor minores.

A. 1453. Fridericus Imperator dat intercessionales ad Nicolaum Papam pro monrio Sitticensi super incorporanda parochia Albae Ecclesiae.

A. 1454. Ludovicus, cardinalis S. Laurentii in Damaso et patriarcha Aquileiensis, unit et incorporat parochialem eccliam. S. Andreae in Alba Ecclesia.

A. 1454. Nicolaus PP. 4. pleno iure unit et monrio incorporat parochialem eccliam S. Andreae in Alba ecclesia.

A. 1459. Fridericus Imperator prohibet, ne ullus ex montibus vinariis, ubi Sitticenses decimas habent, avehat suum mustum ex monte ante datas decimas.

A. 1461. Fridericus Imperator prohibet Rudolphswertensibus civibus, ne suum mustum avehere praesumant ante datas decimas.

A. 1464. Ludovicus patriarcha dat auctoritatem abbatibus Sitticensibus compellendi vicarios ad solvendas annuas pensiones etiam per Ecclesiasticas censuras.

A. 1490. (?) ¹⁾ Alexander PP. VI. confirmat exemptiones a saecularibus exactionibus per reges et principes monrio datas.

A. 1494. Maximilianus, Rex Romanorum, mandat Wilhelmo von Auersperg, suo capitaneo, ut Sitticenses defendat in suis privilegiis.

A. 1496. Wilhelmus, Archidux Austriae, confirmat omnia privilegia a suis praedecessoribus monrio data.

A. 1498. Alexander PP. VI. incorporat monrio parochiam in Harlandt.

A. 1503. Iulius PP. II. confirmat libertates et immunitates monrii et in suam protectionem recipit; confirmat quoque bullas incorporationum super ecclis S. Viti, S. Andreae Albae Ecclesiae et S. Petri in Sauenthal.

A. 1504. Iulius PP. II. confirmat omnia privilegia et indulta praedecessorum suorum monrio Sitticensi concessa; insuper omnia, que monrium in praesentiarum possidet vel in futurum iustis modis adipisci poterit, sub protectionem B. Petri suscipit.

A. 1509. Iulius PP. II. denuo confirmat Sitticensia privilegia.

A. 1510. Dat Maximilianus Imperator plenariam potestatem Abbatibus ponendi et movendi subditos a fundis, quoties utilitas monrii id dictaverit.

A. 1521. Ferdinandus, dux Austriae, confirmat omnia privilegia a suis praedecessoribus emanata.

A. 1516. Leo PP. X. confirmat incorporationem Albae eccleae a praedessore Alexandro PP. 6. factam monrio.

A. 1514. Leo PP. X. monrium et eiusdem possessiones in suam protectionem suscipit, omnes etiam libertates et exemptiones sicut et omnes parochialium ecclesiarum uniones monrio factas confirmat.

A. 1549. Ferdinandus, Rex Hungariae et Bohemiae, mandat suis iudicibus et officialibus provinciae Carniolae, ut defendant Sitticenses in privilegiis nullusque praesumat illos impedire in emendis suorum hominum (?).

¹⁾ Alexander VI. gewählt 1492 Aug. 11. † 1503 Aug. 18. war damals noch nicht Papst. — Die R.

A. 1567. Carolus, Dux Austriae, confirmat omnia privilegia a praedecessoribus suis monrio data, velut ab Ottone, Duce Austriae, a 1435. dandi monrio a Labaco et oppido Landstrass singulis annis 20 marcas denariorum Aquil., item caedendi ligna pro fabrica in sylvis cameralibus. Item a Rudolpho 4. a. 1360., Ulrico, Duce Carinthiae, a 1337., ne aliquis a colonis Sittcen. iura foreste et venatorum exigat, praeterquam ab antiqua consuetudine. Item ab Alberto, Archiduce Austriae, a. 1369. piscandi in omnibus aquis et fluviis per provinciam Carniolam et Marchiam. Item a Friderico, Romanorum Rege, et Maximiliano, itidem Romanorum rege, a. 1494. Item ab Henrico, Rege Bohemiae et Poloniae, privilegium piscandi per totam provinciam a. 1330. Item ab Udalrico, duce Carinthiae, a. 1256., ut omnes poenae nostris subditis impositae monrio applicentur.

A. 1560. Concedit et renovat Ferdinandus I. Imperator das Gottshauss Purkhfridt.

A. 1568. Carolus, Archidux Austriae, mandat Herbaro von Auersperg, suo capitaneo, ut manuteneat Sittcenses in suis privilegiis nullusque praesumat illos impedire in emendis suorum hominum.

A. 1598. Ferdinandus, Archidux Austriae, confirmat omnia privilegia, immunitates ac exemptiones a praedecessoribus suis latas, utpote a Friderico, Romanorum rege, a. 1443. Item ab eodem 1448. Item a Maximiliano, Romanor. Rege, a. 1496. Item ab eodem 1510., a Ferdinando 1549, a Carolo Archiduce a. 1568.

A. 1617. Donat Ferdinandus 2dus Imperator parochiam Trestinensem cum vicariatibus et omnibus pertinentiis monrio Sittcensi.

A. 1620. Ferdinandus II. Imperator eximit monrium in datione mutae, telonii et vectigalis per omnes suas partes.

A. 1646. Confirmat Ferdinandus 3. privilegia, videlicet Udalrici, Ducis Carinthiae, emanatum a. 1256. Item ducis Ottonis 1337. Item ducis Rudolphi a. 1360. Item ducis Alberti 1369, monrio datum et postmodum confirmatum a Friderico, Romanorum rege, 1441. Item a Maximiliano, Romanorum rege, 1494. Item a Ferdinando I, Romanorum Imperatore, a. 1560. Item a Carolo, Archiduce Austriae, 1567. Demum a Ferdinando 2. a. 1597.

A. 1660. Confirmat omnia praedicta et plura alia monrii privilegia Romanorum modernus Imperator, Leopoldus I.

A. 1663. Alexander PP. VII. incorporat pleno iure parochiam Trestinensem monrio Sittcensi.

A. 1665. Trestinensem incorporationem confirmat Leopoldus Imperator.

Antiqua monumenta vel inscriptiones nulla extant.